



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Constantinopolitanvm In Causa Nicephori Imperatoris orientalis
habutum anno Domini DCCCCLXIII. tempore Ioannis XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
963.

thodoxorum Conuentus Romanum pontificem condemnauit, in quem nemo alius quam hæreticus vel schismaticus vllum sibi iudicium hæctenus vsurpauit. Accedit ad hæc, quod in epistola ad Ioannem scripta aperte profiteantur, idque exemplo Iudæ proditoris confirmant, propter peccatum clauium potestatem a pontificibus auferri, eosque tradita sibi a Deo ligandi atque soluendi facultate priuari & destitui; quod hæreticum & erroneum esse nemo catholicus vquam negauerit. Præterea ab omni ecclesiastica consuetudine abhorret, quod Romanos pontifices sedis Romanæ suffraganeos appellant: quodque stultissime reprehendunt Ioannem, quod in sua responsione dixisset: *Non habeatis licentiam vllum ordinare*: putantes enim ipsi, idem esse *vllum quod nullum*, summa cum ignorantia suæ proditione redarguerunt eum, quod duabus negationibus affirmasset illud idem quod prohibere intendebat. Ad extremum non est silentio prætereunda præpostera illa nomenclatura, quæ contra morem maiorum, inuerso penitus loquendi vsu, imperatorem sanctissimum & pontificem magnum nominant, cum ante sententiam consuetos honorum titulos nemini adimere liceret; prout in actis magnæ Calchedonenfis Synodi factum apparet Nestorio, qui quamuis hæresiarcha accusatus & conuictus esset, nunquam tamen eum nisi post prolata sententiam patres deserunt reuerendissimum & sanctissimum nominare.

Ratio 8.

Ratio 9.

Ratio 10.

Cum ergo propter tot nullitates, quas vocant, in hoc iudicio commissas, nulla sit sententia, sitque nullum & irritum iudicium cum omnibus actis quæ in eo gesta fuerunt, nullam & plane irritam esse oportet abdicationem Ioannis, & subrogationem alterius, qui vero pontifici adhuc viuenti, nulloque iure abdicato suffectus fuit. Tollatur igitur & explodatur e numero & ordine pontificum Leo ille schismaticus, quem scriptores infiniti numeri octauum eius nominis Ioannis XII. subiungunt, omissoque Benedicto V. tamquam sedis inuafore illegitimo, Ioanni XIII. anteponunt.

Leo VIII.
e numero
pontificum
eximendus.

CONCILIUM
CONSTANTINOPOLITANVM
IN CAUSA NICEPHORI IMPERATORIS
orientalis habitum anno Domini DCCCCLXIII. tempore Ioannis papæ XII.

NOTA.

^a *Concilium.*] Defunctis hoc anno duobus in oriente imperatoribus Leone eiusque filio Romano, acclamatus fuit ab exercitu successor imperii Nicephorus Phocas victoriis clarissimus. Coronatus a Polyeucto patriarcha Constantinopolitano, voluit in vxorem accipere Theophanem relictam Romani imperatoris defuncti viduam. Quæ de causa cum illi Polyeuctus resisteret, tum quod non liceret ei

Occasio
Concilii.Causa &
acta Con-
cilii.

Concil. Tom. 25.

P

absque quadam poenitentia secundam vxorem ducere; tum etiam quod filium Theophanes in baptismo suscepisset, conuocata est hæc Synodus, eiusque sententia indultum (crimen enim quod illi obiiciebatur probari non poterat) vt prædictæ Theophani conubio legitimo iungeretur. *Hæc Curopalates.*

ANNO
CHRISTI
963.

CONCILIVM ROMANVM

ANNO
CHRISTI
964.

A V C T O R I T A T E I O A N N I S P A P Æ
congregatum, quo Leo schismaticus pseudopapa esse
declaratur, actaque præcedentis Conciliabuli Romani
reprobantur, anno Domini DCCCCLXIV.

ANNO Domini nongentesimo sexagesimo quarto, do-
mini Ottonis imperatoris tertio, indictione septima,
habitu est Concilium in ecclesia beati Petri apostolo-
rum principis, v. Kalendas Martii, hoc est mense Februa-
rii die vigesima sexta, indictione VII. Positis in medio sa-
cro sanctis Christi quatuor euangeliis, præfidente piissimo
& coangelico domno Ioanne summo pontifice, sacre
Romanæ ecclesiæ duodecimo papa, in venerabili basilica
eiusdem, præfidentibus etiam cum eo reuerentissimis epi-
scopis, videlicet Ioanne Gallefianæ ecclesiæ episcopo, item
Ioanne ecclesiæ Anagninæ episcopo, Ioanne item Narnien-
sis ecclesiæ episcopo, Ioanne Numentanæ ecclesiæ episco-
po, item Ioanne ecclesiæ Verulensis episcopo, Vvidone
sanctæ Siluæ candidæ ecclesiæ episcopo, Gregorio sanctæ
Albanensis ecclesiæ episcopo, Luniflo sanctæ ecclesiæ La-
uicanensis episcopo, Romano sanctæ ecclesiæ Ferentina-
tis episcopo, Sabbatino sanctæ ecclesiæ Ferrariensis epi-
scopo, Zachæo sanctæ ecclesiæ Gentianæ episcopo, Ioan-
ne IV. * Marturanensis ecclesiæ episcopo, item Ioanne
Sabinensis ecclesiæ episcopo, item Ioanne sanctæ Nepefi-
næ ecclesiæ episcopo, Benedicto sanctæ Treuicensis, Ioan-
ne sanctæ Salernitanæ ecclesiæ episcopo, seu venerabilibus
presbyteris, Stephano archipresbytero tituli sanctorum
Nerei & Achillei, Leone presbytero tituli sanctæ Bal-
binæ, Domino presbytero tituli sanctæ Anastasiæ, Pe-
tro presbytero tituli sancti Laurentii, Hadriano presby-
tero tituli sanctæ Mariæ, Theophylacto presbytero tituli
sancti Chryfogni, item Theophylacto presbytero tituli

* Man-
tuancus